

ZGODOVINSKI ZBORNİK.

PRILOGA

„LAIBACHER DIOECESANBLATT-U.“



—ooo Izhaja v nedoločenih obrokih. ooo—

Tretje leto.

Ljubljana, meseca januarija 1890.

Številka 8.

Diplomatarij.

6.

*Bulla*¹⁾ papeža **Pija II.**, s katero povzdigne Ljubljano v odličnejše mesto; **potrdi ustanovitev ljubljanske škofije**, povzdigne cerkev sv. Nikolaja v stolnico, vtelesi škofiji grad na Goričanah in samostan v Gornjem gradu, dalje fare: sv. Petra v Ljubljani, Šmartin pri Kranju in sv. Mihaela pri Pliberku; oprosti ljubljansko mesto jurisdikcije oglejskih patrijarhov; vtelesi proštiji faro radovljiško, dekaniji faro šentviško, deseterim kanonikatom pa fare: šentjernejsko, naklansko, vodiško, svibanjsko in sv. Nikolaja pri Beljaku ter kapelo sv. Petra na Pešati. Kranjskim nadvojvodom podeli pravico presentovanja; škofu pravico vmeščevanja in podeljevanja jeden kanonikat. Kanonikom dovoli nositi almucije. — Pienza, 6. septembra 1462.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex beati Petri celestis Regni clauigeri successor et Vicarius Jesu Christi, cuncta mundi climata omniumque Nationum, et

¹⁾ Izvirnik tega papeževga pisma se hrani v knezo-škofjskem arhivu ljubljanskem. Pisan je na jako močan in lep pergament, ki je znotraj bel, zunaj pa rumenkast. Velikost je 60,5 cm × 47,3 cm. Pisava je lepo pravilna, črnilo nekoliko obledelo. Običajni začetek: »Pius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam« je pisan z močno kvišku raztegnenimi črkami ter obsega celo prvo vrsto. Sicer je bulla dobro ohranjena, le na spodnjem nepopisanem delu, kjer je na vrhvi visel svinčeni pečat, je precejšen kos pergamenta iztrgan.

Na hrbtu te bulle je trojni regest, dva krajša in jeden daljši. Zadnji je — soditi po pisavi — od roke škofa Tomaža Hrena, prvega

in illis degentium qualitates, consideratione discutit et examinat diligenter, ac ex officii sui debito salutem querens et appetens singulorum, superna suffultus potentia illa suadentibus rationabilibus causis perpensa deliberatione salubriter ordinat atque disponit, que grata diuine maiestati fore considerat, et per que frequentioris deuotionis ardore, potioribusque laudum preconis altissimus uenerari conspicitur, ac pro animarum propagatione salutis ubilibet diuinus cultus continuum suscipit incrementum. Nuper siquidem attendentes quod Opidum Laybaccense Aquilegensis diocesis sicut ipsa facti notorietas manifestat, et Carissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus Ducatusque Carniolae in quo dictum Opidum situm est Dux nobis significare curauit, domino benedicente adeo in populi fidelis multiplicatione fecundum, bonorum quoque et rerum omnium existit ubertate refertum, et dilecti filii, Opidani eiusdem Opidi inter ceteros fideles eximia erga nos et

skrbnejega arhivarja škofjskega arhiva, ter tako-le slove: „*Bulla Papae Pii II., qua erigit oppidum Labacense in Civitatem, confirmat fundationem Episcopatus Labacensis et dotem Görtschach, eximit Episcopatum et Capitulum a jurisdictione Patriarchali, Praepositurae, quae est prima dignitas post Pontificalem, unit Parochiam in Radmannstorff, Decanatu Parochiam S. Viti, decem . . . Canonicatibus Prooecias S. Bartholomaei, S. Petri in Nakel, S. Margarethae in Wodiz, in Scherfenbergk et S. Nicolai prope Villacum ac Capellam S. Petri in Peytschet. Ducibus Carniolae concedit jus praesentandi. Instituenti Episcopo et vnum Canonicatum conferendi. Canonicis vsu Almutiarum.*

Anno 1462, 8. Idus 7bris.“

Romanam ecclesiam deuotione prefulgent, quod premissis ac etiam repetitis apud nos Imperatoris eiusdem efficacissimis intercessionibus exigentibus, non indigne merentur, ut apostolica sedes, eos paternis prosequatur affectibus, et dignioribus insigniis reddat pro sua liberalitate decoros. Nos premissorum consideratione inducti, cupientes Opidi necnon Opidanorum eorundem merita condignis honoribus compensare, fauoribus gratiosis attollere, et honorabiliore titulo decorare, post deliberationem quam super hys cum Venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie Cardinalibus habuimus diligentem atque maturam, ex premissis et aliis rationalibus ad hoc animum nostrum inducentibus causis, de fratrum eorundem consilio, et apostolice plenitudine potestatis, ad honorem omnipotentis dei, exaltationem Orthodoxe fidei, diuini cultus augmentum, fideliumque salutem, Opidum predictum cum personis in eo degentibus, tam ecclesiasticis quam secularibus, eiusque territorio rebus et bonis uniuersis ab omni immediata iurisdictione potestate et subiectione Venerabilis fratris nostri Patriarche Aquilegensis moderni et pro tempore existentis, ac dilectorum filiorum Capituli Aquilegensis auctoritate apostolica tenore presentium ex certa scientia prorsus eximimus absoluiamus et perpetuo liberamus, necnon sancti Petri extra muros Laybacenses cum illi contigua Capella sancti Iohannis, sancte Trinitatis Noue ciuitatis, ac sancti Bartholomei prope Opidum Londstros parrochiales ecclesias, dudum per litteras apostolicas, prope idem Opidum Londstros Cisterciensis ordinis Salzeburgensis et dicte Aquilegensis diocesis Monasteriis unitas, licet Monasterio prope Londstros de ecclesia sancti Bartholomei facta unio huiusmodi suum nondum fuerit sortita effectum, ab eisdem Monasteriis dimembrantes, et de illis factas uniones huiusmodi dissoluentes, Opidum Laybacense huiusmodi, tanquam locum aptum fidelium, congruum, et insignem, auctoritate scientia, et potestate similibus Ciuitatem²⁾ Laybacensem esse, et perpetuis futuris temporibus, ac ab omnibus de cetero nuncupari decernimus, necnon illud in Ciuitatem, Capellam uero sancti Nicolai eiusdem Opidi Laybacensis, que de iure patronatus ipsius Imperatoris et filialis dicte ecclesie sancti Petri

²⁾ Pri ustanovitvi novih škofij se ravnao papeži navadno po vodilu, katero je izrekel že cerkveni zbor sardiški (l. 343), c. 6: »Licentia vero danda non est ordinandi episcopum aut in vico aliquo aut in modica ciuitate.« (Hefele, Conc. Gesch. I., 578.) Še važneje je pravilo slavnega papeža Leona I. (an. 459. Roma): »Episcopalia gubernacula non nisi maioribus populis et frequentioribus ciuitatibus praesidere oportet, ne honor, cui debent excellentiora committi, sui numerositate vilescent.« c. 1. X. (V. 33). In skoraj enako isti ad Episcopos Africae, ep. 85., v c. 4. D. 80. — Od tod tedaj bržkone povzdignjenje »Oppidi« Labacensis v dostojanstvo »Ciuittatis«.

existit, de eiusdem Imperatoris expresso consensu in Cathedralem ecclesiam ipsius Ciuitatis Laybacensis sub uocabulo sancte Trinitatis, beate Marie, sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, Cristoferi, Hermachore et Fortunati Martyrum, necnon Martini et Nicolai Pontificum, atque omnium sanctorum, cum insigniis, preeminentiis honoribus, libertatibus, priuilegiis, et exemptionibus consuetis erigimus, ac dignitatis Episcopalis titulo insignimus, sponsum utilem et ydoneum, per Imperatorem prefatum primaria uice et successiue per Duces Carniole qui erunt pro tempore nominandum, et per apostolice sedis prouidentiam domino annuente preficiendum consecuturam, cui sponsus idem preesse ualeat et prodesse, uolentes et eisdem scientia et auctoritate decernentes quod in eadem sic erecta Cathedrali ecclesia Prepositura, que maior post Pontificalem ac Decanatus dignitates, necnon Decem Canonicatus, totidemque prebende et Quatuor Vicarie, quas et quos exnunc in ecclesia Laybacensi memorata similiter erigimus et creamus perpetuis futuris temporibus existant. Castrum uero Gortschach prope dictam Ciuitatem erectam consistens, et ad praefatum Imperatorem legitime pertinens pleno iure, quod prefatus Imperator pro Mensa Episcopali Laybacensi ex sua munificentia per eius patentes litteras, per quas diuersas ordinationes ad effectum erectionis huiusmodi fecit, quarum quidem litterarum tenorem, ac si de uerbo ad uerbum insertus foret presentibus haberi uolumus pro expresso, inter alia liberaliter obtulit et donauit, cum iurisdictione temporalis, villis, possessionibus, terris, siluis, pascuis, piscariis, nemoribus, montibus, uallibus, aquarum decursibus, molendinis, fructibus, redditibus, et prouentibus uniuersis, necnon Monasterium in Obernburg³⁾ ordinis sancti Benedicti eiusdem Aquilegensis diocesis per obitum quondam Casparis olim ipsius Monasterii Abbatis extra Romanam Curiam defuncti uacans, reseruata tamen per dictum Episcopum congrua portione fructuum, reddituum et prouentuum eiusdem, ex qua Prior per ipsum Episcopum instituendus, et pro solo eius nutu destituendus, ac Decem uel Duodecim Monachi dicti ordinis sancti Benedicti in eodem Monasterio in Obernburg sub regulari obseruantia commorari et perpetuo manere seque decenter sustentare ualeant, necnon Capellam sancti Iohannis, et sancti Petri predictas exnunc, ac sancti Martini prope Kraynburg, et sancti Michaelis prope Pleyburg parrochiales ecclesias dicte Aquilegensis diocesis pro illius Antistitis status decentia et sustentatione ipsi Mense Episcopali, sed in Rodmanstorff Prepositura, perpetuo, et sancti Viti prope Laybacum Decanatui prefatis, et dictam sancti Bartholomei, atque singulas sancti Petri in Nackel, sancte

³⁾ V tem pismu je vedno pogrešno pisano Oberuburg mesto Obernburg.

Margarethe in Woditz, in Scharffenberg, et sancti Nicolai prope Villacum parochiales ecclesias, ac Capellam sancti Petri in Peytschet dictarum diocesum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, singulis Canonicatibus dicte ecclesie Laybacensis applicamus, et pro eorum prebendis incorporamus, annectimus, et unimus, ipsarum quoque parochialium modernos rectores uidelicet in Rodmanstorff in Prepositum, et sancti Viti in Decanum, reliquarum uero ecclesiarum eisdem Canonicatibus unitarum ad presentationem prefati Imperatoris, et Capelle sancti Petri predictarum rectores et eorum singulos exnunc in Canonicos dicte ecclesie Laybacensis cum usu Almutiarum⁴⁾ de vario⁵⁾ seu griseo⁶⁾ ac plenitudine iuris canonici, et potestate suas unitas ecclesias cum illarum iuribus et pertinentiis predictis loco prebendarum ut premittitur, quoad uixerint retinendi, instituimus et creamus, eisdem uero Decano et Canonicis huiusmodi parochiales ecclesias duntaxat ut prefertur obtinentibus simul uel successiue cedentibus uel decedentibus, liceat ipsis ac dicto Preposito illarum corporalem possessionem auctoritate propria libere apprehendere, ac earum fructus redditus et prouentus, in unam massam communem pro quotidianis distributionibus inter Prepositum Decanum et Canonicos prefatos, ac perpetuos Vicarios in eadem ecclesia Laybacensi horis canonicis duntaxat interessentes diuidendam redigere, cuiuscumque licentia minime requisita, necnon pro eisdem distributionibus quotidianos ecclesie sancti Petri et Capelle sancti Nicolai huiusmodi fructus, ac ipsius Monasterii in Obernburg aduocatie que ad dictum Imperatorem iure hereditario pertinet, redditus et prouentus, ac prefate ecclesie Laybacensis Castrum, Monasterium in Obernburg parochiales ecclesias et Capellas unitas huiusmodi, cum illorum pertinentiis, districtibus et limitibus illa a dicta diocesi Aquilegensi perpetuo separantes pro diocesi Laybacensi assignamus. Et insuper Imperatori prefato, eiusque in eodem Ducatu Carniole successoribus ius nominandi Episcopum Laybacensem ut prefertur, ac presentandi personas ydoneas in Prepositum et Decanum dicte ecclesie Laybacensis nobis et successoribus nostris Romanis Pontificibus, Nouem uero ex dictis Canonicis, ac etiam Vicarios ipsius ecclesie Laybacensis, cum Prepositura, Decanatus, Nouem Canonicatus et prebende ac Vicarie predictae pro tempore uacauerint Episcopo Laybacensi pro tempore existenti per eum instituendos perpetuis futuris tempo-

⁴⁾ Almucium = amiculum seu amictus, quo Canonici caput humerosque tegebant.

⁵⁾ Vares seu Varios, vocant murium Ponticorum speciem quamdam, qui ventre tantum albi sunt, dorso fuscusculo. — Hinc pelles Variarum, vestes Variarum apud scriptores.

⁶⁾ Griseum = grisium, pellis animalis cuiusdam, quod vulgo »Vair« Galli appellant.

Du Cange, Lexicon med. et infim. latin.

ribus reseruamus, ipsique Episcopo Canonicatum et prebendam quos dicte ecclesie Laybacensis canonicus prefatam Capellam sancti Petri obtinens, habuerit, pro tempore uacantes conferendi, necnon Episcopo et Capitulo predictis, ordinationes et statuta rationabilia prout ipsi congruere prospexerint iuramento firmanda faciendi, auctoritate prefata tenore presentium concedimus facultatem. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis atque nostris presertim super unionibus sub certa forma faciendis editis, necnon Monasteriorum, et ordinum predictorum iuramento confirmatione apostolica uel quacunque firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscunque. Aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de unitis ecclesiis et Capellis huiusmodi speciales uel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales predictae sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, et decretum uel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras et processus habitos per easdem et quecunque inde secuta ad predictas unitas ecclesias et Capellas uolumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quo ad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari et quibuslibet priuilegiis, indulgentiis, etiam ecclesie Aquilegensi et Patriarche prefatis concessis ac litteris apostolicis generalibus uel specialibus quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa uel totaliter non inserta effectus earum impediri ualeat quomodolibet uel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem quod propter premissa parochiales ecclesie et Capelle predictae, debitis propterea non fraudentur obsequiis, et animarum cura in parochialibus ecclesiis nullatenus negligatur, sed eis per presbyteros ydoneos laudabiliter deseruiatur in diuinis, ac illarum et dictarum Capellarum quarum et ipsius Monasterii in Obernburg fructus redditus et prouentus eisdem presentibus haberi uolumus pro expressis onera debite supportentur consueta. Preterea exnunc irritum decernimus et inane si secus super hys a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum exemptionis, absolutionis, liberationis, dimembrationis, dissolutionis, constitutionis, erectionis, uoluntatis decreti, creationis, applicationis, annexionis, unionis, institutionis, separationis, assignationis, et concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Pientie Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo. Octavo Idus Septembris. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Zadnji dnevi cesarja Jožefa II.

Blizajoča se stoletnica smrti cesarja Jožefa — 20. februarja 1790 — daje nam povod, priobčiti tu istodobno ¹⁾ listino, ki podaja marsikatero prav zanimivo podatke o zadnjih dnevih življenja cesarja Jožefa II. Ne menimo sicer, da je njena vsebina v obče neznana; a uverjeni smo tudi, da veliko od tega, kar nam ona pové, je le malo znano, marsikaj pa celo zgodovinsko izobraženim dosedaj neznano. Pisatelj njen sam v začetku listine povdarja, da bi čitatelj komaj našel njeno vsebino v časnikih, ali pa vsaj ne tako natanko in odkritosrčno povedano.

Tudi smo si svesti, da vsebina te listine ne bo bistveno spremenila sodbe, katero ste občna in cerkvena zgodovina izrekli o cesarju Jožefu: da je namreč subjektivno v resnici želel pospešiti srečo in blagor sebi podložnih, da je pa skušal to doseči na način, kateri često ni bil pravi, cerkvi krivičen in državi škodljiv. Temu v potrdilo pa bo čast. bralec v listini marsikaj našel.

Naš avktor videzno prav objektivno piše; ne zamolči storjenih napak, pa tudi pove veliko prav lepega, ginljivega iz zadnjih ur cesarjevih. Lahko se uvidi, da je pisalec zajemal iz prvih virov, ako ni bil znabiti sam mnogege priča.²⁾ — Kdo da je bil, nam je neznano. Sluti se, da je ta listina iz zapuščine nekega uradnika K., službujočega pri visokem dostojanstveniku M.; bila je potem lastnina rajnega dr. Leona Vončine. Sedaj jo hrani semeniška knjižnica v Ljubljani.

„Litterae 3. Martii Viennae datae.

Quod pridem providebamus, et quod timebamus, nobis accidit, et Urbem nostram in profundum tristitiae demersit. Non ingratum futurum Tibi iudico, si quiddam de duplici hoc moeroris nostri casu his describam, quae in publicis novis, aut vix, aut non accurate adeo, et candide reperies.

5ta Febr. ultimo Medicorum habito concilio, unanimiter conclusum fuit, contra vim mortis non esse medicamen in hortis. Idipsum Augmo urgenti candide apertum fuit, et declaratum; qui nuntio hoc se minime

¹⁾ Vsakdo ji bo na prvi pogled prisodil istodobnost, ko bi tudi ne bila datovana. Stari zarjaveli papir (trije listi in 4°, po 8-9 cm. visoki in 7 cm. široki) in drobna lepa starinska pisava — še s srednjeveško okrajšavo zloga »us« — se popolnoma strinjata z navedenim časom. Kakor kaže dvojni pregib in krepki sled pečatnega utisa, je bila ta listina priložena kakemu pismu.

²⁾ Poslali smo listino v pregled jednemu izmed najodličnejših poznavateljev Jožefinske dobe. Izrazil se je o nji priznalno ter jo spoznal za vredno, da se objavi.

terrefieri reposuit, esseque paratum ad morientium Sacramenta publice suscipienda, sed cum hoc facto cessare soleant, et silere omnes publicae animi relaxationes, quas praecipue his Bacchi feriis Subditis suis subtrahere nollet, se hanc publicam sollennitatem ad Quadragesimam differre velle; adiuravit autem Medicos, ut se de periculo, quamprimum aliquod adverterent, quantocius admonerent. Eodem die se abdicavit omnibus Reip. negociis, eaque suis Conferentiae Ministris, videlicet Principi Starenberg, CC. Rosenberg, et Lascy sub Praesidio Principis Kauniz discutienda, et decidenda commisit, relationem tantum eorum et subscriptionem sibi reservando. Eodem die ipsemet scripsit Leopoldo Fratri, et Successori, eique omnia haec nuntiavit, eumque invitavit ad se in Imperii negociis adjuvandum. Quae hac die, et singulis sequentibus a Deo ardentissimis precibus postulabat, erant haec tria: videre partum Archiducis: scribere posse ad finem usque vitae suae: Fratrem Leopoldum videre, et amplecti. Ab hac die Confessarius suus P. Joannes Petrus quotidie debebat ad eum venire post meridiem media 4ta, et manere apud eum plerumque usque ad sextam, et ultra, ad tractandum animae negotium. His diebus scripsit, et resolvit per decretum eundem Confessarium Caesareum cum annuo salario 500 fl., quamdiu Imperator vixerit, hoc autem defuncto cum annua ad dies vitae pensione 300 fl.

Nocte 12. et 13. Febr. intercedente derepente tam male se habere coepit, ut vix non exspiraturus videretur: quare mane viatico muniri a Parocho suo petiit; quod etiam cum omni hac in parte consueta sollennitate, comitante copiosissima utriusque sexus Nobilitate, ac PP. Augustinianis, et Cappucinis accepit. Cui functioni nec Nuntius Aplicus, cuius muneris olim erat Imperatoribus, eorumque Familia, Sacramenta administrare, nec noster Emmus, cuius modo muneris fuisset ea administrare, interfuit. Hac eadem die, uti et sequentibus tribus, tota die in Capella Aulica erat expositum Ssimum, et in ceteris Ecclesiis Parochialibus una hora mane, et post meridiem una, ubi preces publicae fiebant pro felici morte. Hac eadem die vocavit ad se ultimo Archiducem gravidam, cum ea se hactenus omni ex parte contentissimum fuisse dixit: exhortatus est eam, ut eadem via ire pergat, pie vivat, proles, quas Deus dedit, in Dei honorem pie educet, tum dedit Illi pretiosissimum gemmarum munus, et ultimo vale dicto ait, hoc pro puerperio fuisse paratum; cum autem illud vix esset supervicturus, se illud anticipato dare velle. His auditis Archidux, nec virile, nec, ut ipse, militare, sed sensibile valde, et tenerrimum cor

in pectore suo gerens, semianimis corruit, ita ut hinc asportari debuerit. Tunc vocavit ipsum Nepotem, quem paterne aequae ac salutariter est exhortatus, ut pie, ac christiane vivat, Religionem veneretur, sibi subiectos diligat, praeprimis vero Uxorem amet, eique fideliter adhaereat, et si fors aliquando extravagari incideret, aut homines occurrerent, quorum in Aulis Principum non pauci darentur, qui eum ad extravagandum allicere vellet, recordetur tum horum, quae ei moriturus Patruus dixisset; hoc ultimo vale dicto dimisit, et ab hoc tempore utrique erat interdictum ad se accedere.

A Ministris vix adduci potuit, ut hisce diebus publica spectacula, ceterasque his Bachi feriis consuetas festivitates interdiceret. Urgente Kaunizio, et dicente, omnino dedecere, ut Patre quasi moribundo, sive bonus is fuerit, sive malus, Filii tripudiant, et laetentur, tandem consensit, et interdicta fuere haec omnia. Cordi enim illi erat damnum, quod hisce diebus et Musici, et Caupones, Hominum circiter 2000 essent passuri, minime reflectendo ad 30 et plura aliorum millia, qui per interdictum non multo plus lucri sunt habituri, sublata hac ratione occasione proxima multum pecuniae pessumdandi. Incredibile est dictu, quantum, promulgato hoc interdicto, murmur in populo fuit natum: flagellabat nos sanus, aiebant, et semimortuus nos flagellare pergit: quin eo audaciae, et temeritatis ventum est, ut 16. Febr. (quamvis nocte 14. et 15. intercedente periculosissimum paroxysmum denuo passus, summo mane extrema unctione muniri a Capellano Aulico, olim Capellano Castrensi, quem e Castris superiore anno secum tulerat, cui pro hoc obsequio 100 aureos dono dedit, nollebat enim Parochum, eo, quod porrigendo viaticum lacrymis non temperaverit, petiisset) copiosissima schediasmata affigerentur, quibus populus, finitis nempe hora 6ta vespertina publicis precibus, ad Bachi festa invitaretur, quasi preces finitae a Deo hoc ipso jam exaudiri, et periculum omne aufugere deberet. Verum Excelsum Regimen omnia isthaec schediasmata hinc auferri, omnesque eiusmodi festivitates de novo severissime prohiberi fecit. His non obstantibus multi valde in Baring, et Simering, Pagum, mediae horae intervallo hinc distantem, abierunt, ut saltare possent; verum et illuc continuo subsecutum est interdictum. Inde abunde colligere licet, qualis fuerit ille Subditorum in Caesarem amor, qui olim in publicis novis toties, et tantopere depraedicabatur. Accedunt tot famosi Libelli, qui et durante infirmitate, et post mortem affigebantur. En hic ex tot unum exemplar: *Hier ligt Joseph in guter Ruhe, sein Leib gieng längt der Faulung zu. Kopf und Herz ist unverwes, denn es war allezeit Stein gewesen.* Et, quod mirandum, eiusmodi omnia Is noverat, et nosse volebat; habebat enim plures insigni salario ad

hoc conductos, qui ei omnia fidelissime referebant, veriti, ne si quae occultarent, illeque aliunde resciret, salario suo privarentur. Hinc persaepe conquestus est contra populi ingratitude, in cuius bonum se tamen totum enervasset, optima semper intentione, quae quidem plerumque, verum absque sua culpa, effectum suum non fuisset sortita

Sumpto viatico se occupabat subscriptionibus publicorum negotiorum, plerumque vero ordinationibus sepulturae, et exsequiarum funeralium, quae omnia, et minutissima quaeque, manu propria describebat. Sub initium absolute voluit sine omni pompa in Coemeterio communi cum ceteris cunctis extra Urbem sepeliri; verum a Ministris persuasus cessit, et ordinavit in Consuetu Crypta Caesarea, verum non ut Imperator Civilis, sed ut Bellicus, aut Campi Mareschalis recondi. Ordinavit, ubi et in quantum praedicta Crypta, quam ante annos aliquot omni ex parte claudi fecit, aperiri debeat? prohibuit severissime Cadaver suum, uti hactenus moris erat, aperiri, secari, et cor, ac viscera, quorum illud ad PP. Augustinianos excalceatos, et haec in Metropolitana deponi solebant, sed integrum, uti est, sine balsamo, et aromatica unctione, in Crypta apud PP. Cappucinos, reponi voluit; quod etiam factum est

16. Febr. hora 11. vespertina sensit Archidux aliquos dolores, quos appropinquantis partus signa existimabant. Vocatus quantocyus Chyrurgus a Caesare iam pridem destinatus ad Obstetricis munere fungendum, Londini, et Parisiis expensis Caesareis praxi imbutus, qui et eadem signa esse iudicavit, et illico ad partum promovendum eam laborare fecit. Sequenti die, a summo mane usque ad serum vesperum erat expositum Vnble in Capella Aulica pro felici partu, qui tamen subsecutus non est. Hora 8. vesperi vocari debuit Lemaches Artis Obstetriciae in Universitate Professor ordinarius; quo ordinante media 10. feliciter enixa est puellam formosissimam. Puerpera, et Proles se tam bene habebant, ut melius se habere non possent. Lemaches re confecta, cum quod ageret iam non haberet, discessit circa medium noctis, et alter Chyrurgus, totus securus, et periculi nihil subveritus, ut quiescere, et dormire posset, pariter domum suam abiit. Puerpera in his circumstantiis, in quibus alia quaevis vix sola relinquitur, meris feminis caelibibus, quae ei a servitiis erant, commissa, quae horum nihil intellexerunt, eam obdormire permiserunt, quod, ut aiunt, fieri non debuisset. Illa vehementem sanguinis fluxum interea passa, vel non advertens, vel ipsa non intelligens, aut Puellis manifestare verita, circa 5tam matutinam diei 18. in convulsiones incidit, quas nervorum spasmos Puellae iudicabant. Vocatus illico Protomedicus B. Störck, qui $\frac{3}{4}$ ad 6tam accurrens plus aliquid, ac

spasmos, esse aiebat: quo audito Archidux instantiter petiit Confessarium, qui est Parochus Aulicus, et extremam unctionem. Interea praescripsit Medicus Recipe; verum antequam medicina, aut Confessarius cum extrema unctione advenisset, exspiravit nervorum apoplexia tacta. Vere victima durae Caesaris cervicis, a quo, tametsi cetera omnia facile impetrabat, saepius supplex Obstetricem impetrare nulla ratione potuit, virum hac in parte omnem, praeprimis vero istum Juvenem, ex animo aversata. Verum inscrutabilia Dei iudicia, qui omnia sapienter, et suaviter disponit! Videtur optima, piissima, ac clementissima Princeps multis miseriis, et calamitatibus venturis praerepta in coelos recta avolasce; praedixit enim saepe, se in hoc partu morituram, ideo se vere ad mortem praeparavit 16ta Febr. confessa, et SS. Eucharistia munita. Rumor mortis media 7ma iam omnem Urbem pervagatus, omnes, eos quoque, qui eam propius non noverant, incredibili moerore affecerat, aestimabatur enim ab omnibus. Augmus omni hora noctis praecedentis nosse voluit, quomodo puerpera se habeat, et adiuravit Camerarios, ne quidquam caelarent, sed quidquid acciderat, candide aperirent, sua enim, addebat, omnino interesse id scire: quare hora 7. accessit eum supremus Camerarius, cum Imperatoris Confessario, triste nuntium laturus; quo audito Augmus in lecto erectus sedens, capite reclinato recidens, ait: Fiat voluntas tua: Dnus dedit, Dnus abstulit, sit nomen Dni benedictum. Ergo defuncta est, iam igitur debet sepeliri; et statim coepit ordinare, et describere huius funeris ceremonias, etiam minutissimas, prohibuit aperiri Cadaver, iussit illud altero statim die, videlicet 19. Febr. vespere sepeliri, ut sibi, quemadmodum aiebat, locus fieret: quare pegma non esse destruendum, sed pro se conservandum, ut Ipse, ea sublata, ibidem exponi possit.

His, et prioribus etiam diebus occupabat se quoque Imperator scribendo Litteras valedictorias pro suo Exercitu, quas jam in novis legeris, et pro aliis personis primae Nobilitatis, quibuscum persaepe familiariter conversari solebat, quarum precibus sese commendabat, et illis singulis munuscula in memoriam submisit. Post meridiem 18vae fors magis animo pervolvens mortem Archiducis, partum unius tantum Puellae, ac proinde verosimilem rupturam confoederationis Russicae, quae praecipuum illius opus erat, in desperandum quemdam furorem incidit, unde multum agendum habuit Confessarius, ut eum revocaret. Jam ab hoc tempore de hora in horam coepit deficere.

19. Febr. hora ante meridiem 11. Secretarius adlatus, qui in ordine erat, praelegit illi Protocollum negotiorum publicorum, uti quotidie fiebat, et ille subscribebat quae erant subscribenda. Quibus finitis ait: ergo

ipse erat, qui mihi ultimum praestiturus erat officium. Quid ergo cras? ait Secretarius. Mori, reposuit Imperator. Post meridiem una hora citius vocavit Confessarium, petiit adhuc confiteri; quo peracto rogavit Confessarium, ut in sui gratiam nocte sequente sibi somnum subtrahat, et apud se maneat, se enim invicem agenda habituros: hactenus ei numquam in Aula manere, et pernoctare licuit, sed in Monasterium suum redire debuit. Hoc tempore, data occasione, ut eum animaret, dicebat Confessarius, multa pro eo orari a populo, et ab utroque Clero. Tum intuens eum subrisit, et ait: Pater! vix credo, a Clero multum orari, nam ei boni nihil, et mali multum feci, verum me ex corde poenitere dic omnibus, quibus potes. Hora 11. noctis melius se habens, iussit eum abire in Cubiculum pro eo paratum, et dormire.

Media 5ta matutina diei 20. eum vocavit, dicendo: eliciam contritionem, tum, rogo, impertiat mihi absolutionem generalem; qua obtenta donavit illi suum Libellum precatorium in memoriam, dicens: nunc complevi omnia, iam nihil amplius possum, nunc tu me, rogo, adiuva, et dic clara voce commendationem animae. Sub medium huius venit Baro Störck cum Jusculo, quem ille manu a se removet, dicens: gratias, amplius sumere nihil possum, iam graviora habeo agenda. Finita animae commendatione ait: gratias, et inclinato capite, erectus enim sedebat in lecto, ac exiguo ructu edito, exspiravit media 6ta matutina.

Cerimonias utriusque funeris non describo, alioquin iam notas. Quod singulare erat, est, quod pistillum Campanae maximae ad S. Stephani, quod dum ante 49 annos Maria Theresia post partum eiusdem Josephi primum ad Templum accederet, Deo gratias actura, medium disruptum est, 15ta Februarii, dum eadem Campana ad preces publicas pro felici morte Josephi pulsaretur, eandem sortem esset passum. Recte eodem quasi momento, quo Cadaver Caesaris erat pro funere levandum, venit Cursor Florentia, significans, Leopoldum 22. Februarii ad Nos abiturum, quem 7. huius apud nos praestolamur. In Cassa sua privata reliquit Successori 90, alii plane dicunt 140 milliones Rhen.

Si mortem Josephi spectemus, bonam omnino obivit; num et Caesaris talis mors fuerit? Deus novit, qui eum iam iudicavit. Optassem, si aliqua retractasset, et si vel semel in signum reconciliationis Emum nostrum ad se vocasset. Scripsit quidem ultimis diebus supremo Cancellario Comiti Colobrat, sibi relatum fuisse, in Universitate nostra multa perniciose, et minus orthodoxa doceri, et ad mores plane non attendi, rogare eum se, ut in rem accurate inquirat, et ad hoc sibi eligat Consiliarios quoscunque velit, a se tamen, tamquam aptissimos

commendari Hainke, et Perkenstok. Et recte hi sunt Assessores studiorum Commissionis, atque proinde ipsi rei, si accusatio est fundata; et hinc factum est nihil. Ad Censuram etiam scripsit, et severissime mandavit, ut attendant omni modo, ne perniciosi Libri ex terris exteris invehantur, et ne quidquam imprimere liceat, cuius manuscriptum prius Censurae non fuerit exhibitum, ab eaque approbatum, et ne ulli Libri per Circumforaneos de domo in Domo venales deferantur: videtur voluisse aliquid facere.

Patienter satis tulit tribulationes, et humiliationes, quas illi Deus ultimis vitae diebus miserat. Tyrolenses rebellionem minati impetrarunt ab eo quidquid moris olim apud illos erat in divino officio, etiam peregrinationes, et supplicationes ad loca thaumaturga. Quae Hungaris annuerit, nota sunt. Prodiderat Secretarius Legationis Hollandicae Petroburgi, qui ad Servitia Russica transiverat, Borussum cum Hungaris colludere, iam ultra 2 milliones fl. in parata eis submisisse, cum 200 et ultra millibus cocardarum, defecturos a Domo Austriaca, et in Austriam irrupturos, si Imperator, quod audacter satis

petunt, negaverit. His auditis illico Hungaris omnia, quae petiere, subscripsit. Hungari iam omnia in integrum restituerunt. Jaurini nuper Congressum habuere, et nonnisi hungarice loquuti sunt. Episcopus Piarista a Caesare illis obtrusus, huius Linguae ignarus, petiit, ut Latine loquantur. Quid, tu non intelligis, aiebant, Hungarice? et tamen es Eppus Hungariae. Nuperrime, cum Corona Jaurinum fuisset delata, parabat Eppus locum pro ea in suo Palatio, sperans, ad se diversuros, cum honestior ibidem locus non detur, et paravit Coenam pro 200 hominibus. Verum Coronam ad Ecclesiam deposuerunt, per noctem conservandam, et ad Coenam invitati omnes recusarunt, nemo unus ad eum venit: iam deliberant de eo cum pensione dimittendo. Duobus diebus ante mortem Caesaris venit e Belgio Cistula onusta 24 Clavibus aureis, quibus Nobiles Camerarii Aulici insigniri solent, quas illi Belgae remiserunt, de quo tamen illi mentio facta non est. Ab heri sequens Distichon circumfertur:

Petri qui studuit Cathedram prosternere Caesar
In festo Cathedrae sternitur in tumulo.

D o n e s k i

k zgodovini zvonarjev in zvonov po Kranjskem.

(Piše J. Šašelj.) — (Nadaljevanje).

Zopet o drugem mi poroča g. Samassa: *Aus dem Feuer bin ich geflossen zu Laibach hat mich gossen Lienhart giesser in MDLXIII jar.*

Med leti 1580—1592 lil je Mert Edelman. Njegovi zvonovi so mi znani trije: Prvi z napisom v gotskih minuskulah: *mert edelman hat mich gossen zu laibach 86* — nahaja se v Tržišču v sv. trojiški fari. — Druga dva z istim napisom imata letnici 1586 in 1592, prvi v Nadgorici v črnuški fari, o drugem mi je sporočil gosp. A. Samassa.

V letih 1588—1594 lil je na Kranjskem zvonar Joannes Albino. Jeli lil v Ljubljani, ali kje drugje, nisem mogel poizvedeti. »Kirchenschmuck« l. c. ga ne omenja med avstrijskimi zvonarji in tudi ne med tujimi zvonarji, katerih zvonovi se nahajajo po Avstrijskem. Tudi »Slovník« ga nima. Po imenu soditi bil je Italijan. Do sedaj so mi znani trije njegovi zvonovi: Na šentjurski gori v sv. trojiški fari je napis njegov v gotskih majuskulah: *omnes santi intercedite pro nobis o J. Albini 1588.* — Drug zanimiv napis njegov je v podružnici sv. Florijana na Tehovcu v sorski fari, ki se glasi: *Mentem sanctam*

spontaneam ad onorem dei et patrie liberationis in spodaj: opus Joannis Albino 1594, Marco Marin, cameraro.¹³⁾ — Tretjega našel sem v farni cerkvi v Trebnjem, s katerim se zvoni zadnjo uro, z napisom: *S. Maria Loretta ora pro nobis. O. J. A. S. M.* — — —

Leta 1603—1630 nahajamo zvonove, ki jih je lil Elias Sombrakh ali Somrakh. V podružnici svetega Janeza v Mačkovcu v šempeterski fari pri Novem mestu je zvon z napisom: *Elias Sombrakh gos mich zu Laibach A. D. 1605.* — V farni cerkvi pa: *Elias S. me f. A. 1619.* — O zvonu iz leta 1610 mi je sporočil g. A. Samassa. — L. 1616 je lil zvon za cerkev sv. Jakoba v Ljubljani. — Iz istega leta nahaja se zvon v kapeli sv. Ane na Gradu v loški fari z napisom: *Turis fortissima Nomen Dni E. S. F.* in v cerkvi sv. Križa na Planini nad Jesenicami z napisom: *O Jesu, Magister Bone, Propitius Esto Populo Tuo, in ob robu: † Ad Laudem Jesu Et Mariae M. K. P. R. Consecr. Lucas Kopriviz F : F : Elias Sombrakh Civis La : F : Ao 1616.* — O zvonu iz leta 1630,

¹³⁾ A. Koblar: »Zgodovina far« I. 65.

piše »Dioecesanblatt« 1882, str. 64. — O zvonu pa, ki je bil ulit v Gornjem gradu na Štajarskem l. 1603, poslal mi je g. A. Koblar podatke iz Hrenovega dnevnika. Ker je ta izpisek v marsičem zanimiv, naj ga objavim celotno: Die 4. Oct. 1603 Campana turris major per M. Eliam Somrakh fusa est sub horam noctis decimam feliciter. Habet ea pondo Centenarios 24. Eidem Campanae cum funderetur in turri juxta Hospitale Monasterii Oberburgensis, contignum Sacello S. Marg. Virg. et Mart. interfueri: D. Georgius abbas Victoriensis in Carinthia, Georgius Vellanus, Vicarius ejus in Zayer et Monspurg et Udalricus Khoberg civis Labac. De auro et argento ultra 20 f. injecti in fornacem metalli.

1630—1644 nahaja se v Ljubljani zvonar Mihael Remer. »Slovník« omenja njegov zvon v Dvoru iz l. 1640. Na Kumu v dobovski fari je mal zvon z napisom: *Sancta Agnes ora pro nobis*. Na krilu pa: *Mihael Remer me Labaci fecit 1638*. — Iz istega leta tudi v kapelici M. Vnebovzetja na Savi: *† gloria in excelsis Deo* in na vratu: *Mihael Remer Me F: 1638*. — V Gribljah v podzemeljski fari: *Mihael Renner* (mesto Remer) *me fecit anno 1641*. — Na Plešivici v adlešički fari: *Sancta Maria Magdalena ora pro nobis — Mihael Remer me fudit anno 1644*. — G. A. Samassa pa poslal mi je ta-le napis, iz katerega je razvidno, da je bil Remer i urar: *Mihael Remer civis et horologiarius labaci me fudit 1630*.

L. 1640. bere se Martin Remer.

V letih 1642—1689 lil je Ferdinandus Eisenberger. Zvonove njegove sem našel: V farni cerkvi v Podgradu: *me fecit Ferdinandus Eisenberger Labaci anno MDCLXXXVIII*. — Na Plešivici v adlešički fari bil je prej zvon iz l. 1688. — V vavpčji vasi v semiški fari: *Omnia Ad Majorem Dei Gloriam: F: B: S: R: I: C: A: L.* — *Ferdinandus Eisenberger me fecit Labaci MDCLXXXIX*.

1647 Adam Kokel (Kokail). Napis: *Adam Kokel hadt mich zu Laibach gossen anno 1647* poslal mi je g. prof. Radič.

1647—1848 bil je Hanns Khokl.

1654 Nicolaus et Jacob Boset.

1670 David Polster. Mal zvon njegov se nahaja v kapelici b. d. M. v Detelovem (Aimanovem) gradu v staro-loški fari z napisom: *Gose mich David Polster Laibach 1670*. Na robu pa: *F. M. F. V. L. H. A. P. V. S. F. D. B. Z. V. R. R. C. V. H. D. H. V. S. L. F. F. †*.

1677. Bernardin Franchi.

1681—1689 Christian Schlags.

V letih 1671—1736 pa je lil Casparus Franchi. Kakor poroča »Slovník« str. 88, je bil rojen v Vidmu

na Furlanskem. Lil je na več krajih, v Ljubljani, Zagrebu in drugod. »Slovník« omenja osem njegovih zvonov, a nobenega iz Kranjskega, dasi se jih mnogo nahaja. Ljubil je posebno ta le napis, ki se pogostokrat nahaja na njegovih zvonovih: *ecce cruce domini, fugite partes adversae, vicit enim leo de tribu Juda, radix David Alleluia* (ant. ad laud. Exalt. s. Crucis). Njegovi zvonovi se nahajajo: Iz leta 1691 v Bodovljah v loški fari dva zvona. Eden ima napis: *opus Caspari Franchi Utinensis*. — V podružnici sv. Barbare v loški fari iz leta 1692. — Iz l. 1694 z napisom zvonarjevim in: *et verbum caro factum est et habita . . in nobis* v kapelici na Krupi v semiški fari. — Veliki zvon na Žežlju v viniški fari iz l. 1695 z navadnim napisom. — Iz l. 1696 v farni cerkvi v Podzemlju z napisom: *sub R: D: Mihaele Mihlitz Paro.* — Iz l. 1697 na Brišah v kolovraški fari. — Iz l. 1698 v Ždinji vasi v šempeterski fari pri Novem mestu in na Krasincu v podzemeljski fari, ki je bil prej v gradu v Gradacu. Napis ima ta: *Mascimila Magdalena Guschistim nata comi di Liechtg: F: F: †* Zdolaj je grb Liechtenbergov. — Iz l. 1703 v podružnici 7 žalostij v loški fari mal zvon: *Consecrata sum a celsissimo principe Ferdinando anno 1703* — in v farni cerkvi v Trebnjem: *Adm. R. P. Ferdinandus Perizhoff P. T. Parocus fieri curavit Treffinensis*. — Iz l. 1704 v podružnici sv. Petra v sorski fari. — Iz l. 1706 veliki zvon v farni cerkvi v Mokronogu. — Iz l. 1708 v podružnici sv. Filipa in Jakoba v loški fari. — Iz l. 1711 v podružnici sv. Barbare v loški fari. — Iz l. 1717 na Planinski gori v planinski fari. — Iz l. 1719 pri sv. Roku v šentrupertski fari — ter srednji in mali zvon v cerkvi M. B. na Jezeru v grajski fari oba z grboma briksenskih škofov in napisoma: *Regnante: Principe: Brixinense*. — Iz l. 1720 v Ratju v hinjski fari. — Iz l. 1722 v podružnicah: na Planici, sv. Filipa in Jakoba na Valterskem vrhu in sv. Lovrenca na Breznici v škofjeloški fari — in v podružnici pod Korenom v kranjskogorski fari. — Iz leta 1724 v podružnici sv. Florijana v sorski fari. — Iz leta 1725 v Mojstrani, podružnici dovški — in v farni cerkvi v Gorjah z napisom: *Admondum reverendus nob: — Ac ductissimus magister — Mathias Lozhniker parochus — Imperialis in Ober Görjach — Ad honorem s. Georgii M. — Proprio aere fieri curavit!* — Iz leta 1727 v Nadgorici v črnuški fari.

(Nadaljevanje prih.)

Vsečina. *Diplomatarij: 6. Potrdilna bulla ustanovitve ljubljanske škofije. — Zadnji dnevi cesarja Jožefa II. — Doneski k zgodovini zvonarjev in zvonov na Kranjskem.* (Nadaljevanje.)